



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria et disputationes scholastica in Summam D.
Thomae Aquinatis**

Nazarius, Johannes P.

Coloniae, 1621

Qvaestio Decimaseptima. De pertinentibus ad vnitatem in Christo
quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82325](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82325)

Obi. 1.

CONTRA conclus. sunt duo argumenta, quæ refert, & soluit Medina *super hoc artic. prope finem*. Contra eandem conclus. argumentatur Vasquez. *Primo*: quia, etiam si nomen illud *homo* in reduplicacione positum supponat pro natura concrete significata, indirecte denotat suppositum; ergo significat naturam in supposito. *Respon.* falsum esse anteced. ut patet ex Regula D. Thom. *supra notata*.

Solut.

Obi. 2.

Secundo: Siue sumatur illa particula *secundum* quod, ut nota specificacionis seu determinationis, siue ut denotat aliquam causam, siue ut nota perfectatis, est vera dicta propositio; ergo. Probat Antecedens, quo ad singulas partes, quas admittimus. *Resp.* Nullam esse consequ. nam licet his omnibus modis sit vera dicta propositio, non tamen est propria ob supra dictam causam; quia scilicet secundum nullam dictarum acceptionum saluatur prædicatio in recto, sed in obliquo tantum, nec significatur identitas prædicari cum subiecto, sed quædam coniunctio aut habitudo, ut patet applicanti, &c.

Solut.

A Enchi. Cum in forma Dei esset, formam serui accepit, vtrumque vnus, sed aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Ergo Christus est duo.

Præterea: Christus non est tantum homo: quia sic purus homo esset. Ergo est aliud aliud, quam homo: & ita in Christo est aliud, & aliud. Ergo Christus est duo.

Præterea: Christus est aliquid, quod est Pater, & est aliquid quod non est Pater. Ergo Christus est aliquid, & aliquid. Ergo Christus est duo.

Præterea: Sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personæ in vna natura: ita in mysterio Incarnationis sunt duæ naturæ in vna persona. Sed propter vnitatem naturæ, non obstante distinctione personæ, Pater, & Filius sunt vnus: secundum illud Ioann. 10. Ego, & Pater vnus sumus. Ergo non obstante vnitatem personæ, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

Præterea: Philosophus dicit in tertio Phys. quod vnum, & duo denominatine dicuntur. Sed Christus habet dualitatem naturarum. Ergo Christus est duo.

Præterea: Sicut forma accidentalis facit alterum, ita forma substantialis aliud: ut Porphyrius dicit. Sed in Christo sunt duæ naturæ substantiales, humana scilicet, & diuina. Ergo Christus est aliud, & aliud. Ergo Christus est duo.

Sed contra est, quod Boet. dicit in libro de duab. natur. Omne quod est, in quantum est, vnum est. Sed Christum esse confitemur. Ergo Christus est vnum.

Respondeo dicendum, quod natura secundum se considerata, prout in abstracto significatur, non vere potest prædicari de supposito seu persona, nisi in Deo, in quo non differt, quod est, & quo est: ut in Prima parte habitum est. In Christo autem cum sint duæ naturæ, diuina scilicet, & humana, altera earum, scilicet diuina, potest de eo prædicari & in abstracto, & in concreto: dicimus enim, quod filius Dei, qui supponitur in hoc nomine, Christus, & est diuina natura, & est Deus. Sed humana natura non potest prædicari de Christo secundum se in abstracto, sed solum in concreto, prout scilicet significatur in supposito. Non enim vere potest dici, quod Christus sit humana natura: quia natura humana non est nata prædicari de suo supposito. Dicitur autem, quod Christus est homo sicut, & quod Christus est Deus. Deus autem significat habentem Deitatem: & homo significat habentem humanitatem. Aliiter tamen habens humanitatem significatur per hoc nomen homo, & aliter per hoc nomen Iesus, vel Petrus. Nam hoc nomen homo importat habentem humanitatem indistincte, sicut, & hoc nomen Deus, indistincte importat habentem Deitatem: hoc autem nomen Petrus, vel Iesus, importat distincte habentem humanitatem, scilicet sub determinatis individualibus proprietatibus: sicut & hoc nomen filius Dei, importat habentem Deitatem sub determinata proprietate personali. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, & ideo si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur, quod Christus esset duo. Sed quia duæ naturæ non prædicantur de Christo, nisi prout significantur in supposito, oportet secundum rationem suppositi prædicari de Christo vnum vel duo. Quidam autem posuerunt in Christo duo supposita, sed vnā personam, quæ quidem videtur se habere secundum eorum opinionem, tanquam suppositum completum vltima completionē. Et ideo quia ponebant in Christo duo supposita, dicebant Christum esse duo neutraliter, sed quia ponebant vnā personam, dicebant Christum vnum masculinē. Nam neutrum genus designat quiddam informe, & imperfectum: genus autem masculinum designat quiddam formatum, & perfectum. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant Christum non solum esse duo neutraliter, sed etiam duos masculinē. Quia vero nos ponimus in Christo vnā personam, & vnum suppositum (ut ex supra dictis patet) sequitur, quod dicamus, quod non solum Christus est vnus masculinē, sed etiam, quod est vnum neutraliter.

Ad primum ergo dicendum, quod verbum illud Aug.

Zc 2 non

QVÆSTIO DECIMASEPTIMA.

De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his, quæ pertinent ad vnitatem in Christo in communi. Nam de his, quæ pertinent ad vnitatem, vel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut supra determinatum est, quod in Christo non est vna tantum scientia & infra determinabitur, quod in Christo non est vna tantum nativitas.

Considerandum est ergo, primo de vnitatem Christi quantum ad esse, secundo quantum ad velle, tertio, quantum ad operari.

Circa primum queruntur duo.

Primo, vtrum Christus sit vnum, vel duo.

Secundo, vtrum in Christo sit tantum vnā esse.

Ratio ordinis.

ORDINEM huius quæstionis ad præcedentes explicant S. D. & Cai. qui etiam rationem assignant ordinis articulorum in principio, tam huius, quam sequentis articuli. Ad cuius ampliorem intelligentiam aduerte vnū esse passionem entis, non solum nominaliter, sed etiam participaliter sumpti: cum igitur in Christo sit duplex esse, scilicet esse substantiale in compositione consistens, & esse existentia in rerum natura, in primo articulo queritur de vnitatem consequente primū esse, secundum quod esse indiuisum dicitur Christus quid vnum simpliciter. Deinde queritur de vnitatem, aut pluralitatem esse existentia, secundum quod esse non dicitur Christus simpliciter vnus aut plura, sed dicitur habens vnum esse existentia, ut patet ex secundo articulo.

ARTICVLVS I.

Vtrum Christus sit vnum, vel duo.

AD primum sic proceditur. Videtur, quod Christus non sit vnum, sed duo. Dicit enim August. in primo de Trin. quia forma Dei accepit formam serui, vtrumque Deus & 4. con. 6. propter accipientem Deum: vtrumque autem homo pro vno. 2. 2. 2. pter acceptum hominem.

Sed vtrumque dici non potest, nisi vbi sunt duo. Ergo Christus est duo.

Præterea: Vbiunque est aliud, & aliud, ibi sunt duo.

Sed Christus est aliud, & aliud: dicit enim Augustin. in Naz. in D. Thom. 3. partem.

Ca. 7. 10. 3.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

q. 2. a. 2. 6.

non est sic intelligendum, quod ly vtrumque teneatur ex parte predicati: quasi dicat, quod Christus sit vtrumque, sed teneatur ex parte subiecti. Et tunc ly vtrumque ponitur non quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nominibus significantibus duas naturas in concreto. Possum enim dicere, quod vtrumque, scilicet Deus, & homo, est Deus propter accipientem Deum: & vtrumque scilicet Deus, & homo est homo propter acceptum hominem.

Ad secundum dicendum, quod cum dicitur, Christus est aliud, & aliud, locutio est exponenda, vt sit sensus, habens aliam, & aliam naturam. Et hoc modo exponit Augustinus in libro contra Felicianum. Vbi cum dixisset, Inmediatore Dei, & hominum, aliud Dei filius, aliud hominis filius, subdit, Aliud inquam pro discrezione substantie, non aliud pro vnitatis persona. Vnde Greg. Nazianzenus in Epistola ad Elidonium dicit, Si oportet compendiose dicere, aliud quidem, & aliud, ea, ex quibus Saluator est: siquidem non idem est inuisibile visibilis, & quod absque tempore ei, quod sub tempore, non autem alius, & alius, absit: hac enim ambo vnum.

D. 102.

Ad tertium dicendum, quod hac est falsa, Christus est tantum homo: quia non excludit aliud suppositum, sed aliam naturam: eo quod termini in predicato positi, formaliter tenentur. Si vero adderetur aliquid, per quod traheretur ad suppositum, esset vera locutio: puta, Christus est tantum id, quod est homo. Non tamen sequitur, quod sit aliquid aliud, quam homo: quia ly aliud, cum sit relatiuum diuersitatis substantie proprie refertur ad suppositum (sicut, & omnia relatiua facientia personalem relationem) sequitur autem, ergo habet aliam naturam.

Ad quartum dicendum, quod cum dicitur, Christus est aliquid, quod esset Pater, ly aliquid, teneatur pro natura diuina: quæ etiam in abstracto predicatur de Patre, & Filio. Sed cum dicitur, Christus est aliquid, quod non est Pater, ly aliquid teneatur non pro ipsa natura humana, secundum quod significatur in abstracto, sed secundum quod significatur in concreto: non quidem secundum suppositum distinctum, sed secundum suppositum indistinctum, prout scilicet subsistat natura, non autem proprietatibus indiuiduantibus. Et ideo non sequitur, quod Christus sit aliud, & aliud, vel quod sit duo: quia suppositum humane nature in Christo, quod est persona filij Dei, non ponit in numerum cum natura diuina, quæ predicatur de Patre, & Filio.

Ad quintum dicendum, quod in mysterio diuine Trinitatis natura diuina predicatur etiam in abstracto de tribus personis: & ideo simpliciter potest dici quod tres persone sint vnum. Sed in mysterio incarnationis non predicantur ambe nature in abstracto de Christo: & ideo non potest simpliciter dici quod Christus sit duo.

Ad sextum dicendum, quod duo dicitur, quasi habens dualitatem: non quidem in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo predicatur. Fit autem predicatio de supposito, quod importatur per hoc nomen Christus. Quamuis igitur Christus habeat dualitatem naturarum: quia tamen non habet dualitatem suppositum, non potest dici Christus esse duo.

Ad septimum dicendum, quod alterum importat diuersitatem accidentis: & ideo diuersitas accidentis sufficit ad hoc, quod aliquid simpliciter dicatur alterum. Sed aliud importat diuersitatem substantie: substantia autem dicitur non solum natura, sed etiam suppositum, vt dicitur in quinto Metaph. & ideo diuersitas nature non sufficit ad hoc, quod aliquid simpliciter dicatur aliud, nisi adsit diuersitas secundum suppositum. Sed diuersitas nature facit aliud secundum quid, scilicet secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi.

Sensus Quæsti.

TITVLVM optime declarat Caietanus.

Forma Textus.

DVBVS propositis distinctionibus responderetur quæsto vnica conclusione.

Prima distinctio est: Natura tam diuina, quam

humana in Christo potest significari dupliciter; scilicet in abstracto, & in concreto: In quibus significandi modis, partim differunt & partim conueniunt hæ duæ nature: quod ad posse, vel non posse predicari de Christo; Differunt enim quod ad predicari in abstracto: Quia natura diuina potest vere in abstracto predicari de Christo, non autem humana. Probatur: quia in solo Deo natura secundum se considerata prout in abstracto significatur, vere potest predicari de supposito: at suppositum vtriusque nature, scilicet diuine & humane est id, quod supponitur nomine Christi; ergo de Christo poterit predicari natura diuina abstracte significata, non autem humana eodem modo significata; ita vt hæc sit vera: Christus est diuina natura, hæc autem falsa: Christus est humanitas. Maior probatur: quia in solo Deo non differt quod est & quo est. Conueniunt autem hæ duæ nature, quod vtrique in concreto significata predicatur de Christo; ita vt istæ sint veræ: Christus est Deus: Christus est homo. Probatur: quia Deus significat habentem Deitatem, & homo significat habentem humanitatem; ergo. Consequentia patet: quia in Christo est vnum suppositum, quod est habens vtramque naturam, & significatur nomine Christi.

Secunda distinctio est: Habens humanitatem dupliciter potest significari, scilicet indistincte & distincte. Primo modo significatur per hoc nomen, homo, sicut etiam hoc nomine, Deus, indistincte importat habentem Deitatem. Secundo modo significatur habens humanitatem per hoc nomen, Iesus, vel Petrus, quod importat habentem humanitatem sub determinatis proprietatibus indiuidualibus; sicut & hoc nomen, Filius Dei, importat habentem Deitatem sub determinata proprietate personali.

CONCL. est: Christus non solum est vnus masculinus, sed etiam est vnum neutrum aliter. Probatur: quia oportet secundum rationem suppositi predicari in Christo vnum vel duo: at in Christo est vna tantum persona & vnum suppositum; ergo Christus non solum, &c. Maior probatur: Primo, quia duæ nature in Christo, circa quas solas ponitur numerus dualitatis, non predicantur, nisi prout significantur in supposito, non autem, vt significantur in abstracto (nisi altera tantum, scilicet diuina) ergo oportet secundum rationem suppositi, &c. Consequentia declaratur ex opposito antecedentis: quia si ambe nature in abstracto predicarentur de Christo, sequeretur, & Christus esset duo. Secundo probatur eadem maior ex duobus erroribus oppositis veritati Catholice: Primus est eorum, qui in Christo dicebant esse duo supposita, & vnam tantum personam, quæ secundum eorum opinionem videbatur se habere tamquam suppositum completum vltima completionem: Hi ergo, quia ponebant in Christo duo supposita, dicebant Christum esse vnum masculinum: Ratio eorum erat: quia neutrum genus designat quoddam informe & imperfectum. Secundus error est Nestorianorum ponentium in Christo duas personas, qui dicebant Christum non solum esse duo neutrum aliter, sed etiam duos masculinos.

Expositio Textus.

HIVVS art. concl. est dogma fidei, vt probant hic recenti ores ex diuinis litteris, Sacris Conciliis, ex communi SS. Patrum doctrina. Videndi sunt Med. & Suar. in Comment.

NOTANDA sunt etiam ea, quæ scribit Caietanus circa discursum D. Th. in textu.

Scito præterea rationem D. Thom. pro conclus. esse omnium optimam, licet Valquez disp. 70. c. 3. Nullo

nullo solido nixus fundamento pronunciet eam A nullius esse valoris: Ad huius etiam conclusionis confirmationem valde conferunt ea, quæ late supra diximus, q. 3. art. 7. *Controu. 1.* ubi quæsiuimus: An si vna persona plures naturas humanas assumeret, dicenda esset vnus homo, vel plures. Vide etiam ea, quæ scribit Vasq. in dicta disput. 70. ubi tamen falsam habet doctrinam de suppositione nominis concreti. Aluarez breuiter explicat veritatem, & quærit, an hæc sit vera: *Christus est diuinitas & humanitas*, & probat efficaciter esse falsam.

Responsionem ad primum argum. declarat Suar. alteram afferens expositionem verborum Augustini.

In responsionibus ad secundum, & tertium, & septimum argumentum S. D. tria dicit. Primum est, Christum non posse dici aliud & aliud, nisi exponendo dictum hoc cum Augustino, vt sit sensus: quod Christus habet aliam & aliam naturam. Secundum est diuersitatem naturæ non sufficere ad hoc, vt aliquid simpliciter dicatur aliud, nisi ad sit diuersitas secundum suppositum, sed diuersitatem naturæ facere aliud secundum quid, scilicet secundum naturam, si non addit diuersitas suppositi. Tertium est, aliud proprie referri ad suppositum, sicut & omnia relatiua facientia personalem relationem, eo quod sit relatiuum diuersitatis substantialis. Cuius oppositum videtur supra docuisse, q. 2. art. 3. ad 1. ubi ait: Sicut, quod dicitur alterum, & alterum in creaturis, non significat diuersitatem suppositi, sed solum diuersitatem formarum accidentalium, ita, quod dicitur Christus aliud, & aliud, non importat diuersitatem suppositi, vel hypostasim, sed diuersitatem naturarum. Sed hæc non sunt contraria, & vtrumque verum est sane intellectum. Verum est enim, quod dicitur hic ad 5. dictionem illam aliud proprie referri ad suppositum; ac proinde solam diuersitatem naturæ non sufficere, vt aliquid dicatur aliud simpliciter, sed tantum secundum quid scilicet secundum naturam, & simul etiam verum est dictionem illam aliud non importare (scilicet necessarium) diuersitatem suppositi, quæ est diuersitas substantialis simpliciter, id est absolute dicta, sed posse, quamquam minus proprie, importare solam diuersitatem substantialem naturarum, quæ est diuersitas secundum quid, vt patet ex auctoritate Augustini relata à D. Th. hic à primis.

Ex quo patet primo defectus Suarezij, qui prædicta loca adduxit, vt vere contraria, cum eis conciliandi nullam interpretationem adhibeat.

Secundo patet error Vasquezij disput. 70. cap. 3. S. mihi tamen dicentis posse secundum D. Thom. & aliquos Patres seruata proprietate sermonis affirmari Christum esse aliud & aliud.

Cætera ad explicationem dictarum responsionum D. Tho. ad secundum, tertium & septimum argumentum lege, si vis, apud Suarezium. Vide etiam quæ scribit Caietanus circa responsionem ad tertium & quartum argumentum.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sit tantum vnum esse.

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod in Christo non sit tantum vnum esse, sed duo. Dicit enim Damascenus in 3. lib. quod ea, quæ consequuntur naturam, in Christo duplicantur. Sed esse consequitur naturam: esse enim est a forma. Ergo in Christo sunt duo esse. Præterea: Esse filij Dei est ipsa natura diuina, & est æternum. Esse autem hominis Christi non est diuina natura: sed est esse temporale. Ergo in Christo non est tantum vnum esse.

Naz. in D. Thom. 3. partem.

Præterea: In Trinitate quamuis sint tres persone, est tamen vnum esse propter vnitatem nature. Sed in Christo sunt due nature, quamuis sit vna persona. Ergo in Christo non est tantum vnum esse, sed duo.

Præterea: In Christo anima dat aliquod esse corpori, cum sit forma eius. Sed non dat sibi esse diuinum, cum sit increatum. Ergo in Christo est aliud esse, præter esse diuinum: & sic in Christo non est tantum vnum esse.

Sed contra, vnumquodque secundum hoc dicitur ens, secundum quod dicitur vnum: quia vnum, & ens conuertuntur. Si ergo in Christo essent duo esse, & non tantum vnum, Christus esset duo, & non vnum.

Respondetur dicendum, quod quia in Christo sunt due nature, & vna hypostasis, necesse est, quod ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint due: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint vnum tantum. Esse autem pertinet, & ad naturam, & ad hypostasim. Ad hypostasim quidem, sicut ad id, quod habet esse: ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse. Natura enim significatur per modum forme, quæ dicitur ens ex eo, quod ea aliquid est: sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquid homo. Est autem considerandum, quod si est aliqua forma, vel natura, quæ non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis, illud esse non dicitur esse illius persone simpliciter, sed secundum quid, sicut esse album, est esse Sortis, non in quantum est Sortes, sed in quantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet multiplicari in vna hypostasi, vel persona: aliud enim est esse, quo Sortes est albus, & quo Sortes est musicus. Sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasim, vel personam secundum se, impossibile est in vna hypostasi, vel persona multiplicari: quia impossibile est, quod vnus res non sit vnum esse. Si igitur humana natura adueniret filio Dei non hypostatice, vel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidam posuerunt) oporteret ponere in Christo duo esse: vnum quidem, secundum quod est Deus, aliud autem, secundum quod est homo. Sicut in Sorte ponitur aliud esse, secundum quod est albus, & aliud, secundum quod est homo, quia esse album non pertinet ad ipsam esse personalem Sortis. Esse autem capitatum, & esse corporeum, & esse animatum, totum pertinet ad vnam personam Sortis: & ideo ex omnibus his non fit, nisi vnum esse in Sorte. Et si contingeret quod post constitutionem persone Sortis, aduenirent Sorti manus, vel pedes, vel oculi (sicut accidit in cæco nato) ex his non accresceret Sorti aliud esse, sed solum relatio quadam ad huiusmodi: quia scilicet diceretur esse, non solum secundum ea, quæ prius habebat, sed etiam secundum ea quæ sibi postmodum adueniunt. Sic igitur, cum humana natura coniungatur filio Dei hypostatice, vel personaliter (vt supra dictum est), & non accidentaliter, consequens est, quod secundum humanam naturam non adueniat sibi nouum esse personale, sed solum noua habitudo esse personalis, præexistentis ad naturam humanam, vt scilicet persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam.

Ad primum ergo dicendum, quod esse consequitur naturam: non sicut habentem esse sed sicut quia aliquid est: personam autem siue hypostasim consequitur, sicut habentem esse. Et ideo magis recinet vnitatem secundum vnitatem hypostasim, quam habeat dualitatem secundum dualitatem nature.

Ad secundum dicendum, quod illud esse æternum filij Dei, quod est diuina natura, sit esse hominis, in quantum humana natura assumitur à filio Dei in vnitatem persone.

Ad tertium dicendum, quod sicut in Prima parte dictum est, quia persona diuina est idem cum natura, in personis diuinis non est aliud esse persona, præter esse nature: & ideo tres persone non habent, nisi vnum esse. Haberent autem triplex esse, si in eis esset aliud esse persona, & aliud esse nature.

Ad quartum dicendum, quod anima in Christo dat esse corpori, in quantum facit ipsum actu animatum: quod

Vasquez ij
censura re-
sistitur.

Concilian-
tur dicta S
Tho.

3 d. 4. q. 1. a.
2. q. 1. col. ff.
d. 6. q. 2. m. a. in 3. lib. quod ea, quæ consequuntur naturam, in Christo duplicantur. Sed esse consequitur naturam: esse enim est a forma. Ergo in Christo sunt duo esse.
ar. 2. Et v-
nio. art. 4.
q. 2. a. 2. c.
opu. 3. c. 216.
c. 219.

est dare ei complementum naturæ, & speciei. Sed si intelligatur corpus perfectum per animam absque hypostasi habente virtutemque, hoc totum compositum ex anima, & corpore (prout significatur nomine humanitatis) non significatur, ut quod est, sed ut quo aliquid est. Et ideo ipsum esse est persona subsistentis, secundum quod habet habitudinem ad talem naturam: cuius habitudinis causa est anima, in quantum perficit humanam naturam, informando corpus.

Sensus quesiti.

DESSE existentie sermo est, & queritur, an dici possit absolute & simpliciter, quod sint in Christo duo esse; an vero sit in eo simpliciter vnum esse, sicut in eo est vna tantum persona, ut hic etiam notat Caietanus, qui late sensum explicat huius quesiti.

Forma Textus.

CONCLUSIO est: Secundum humanam naturam non aduenit filio Dei nouum esse personale, sed solum noua habitudo esse personalis præexistentis ad naturam humanam, ut scilicet persona illa iam dicatur subsistere, non solum secundum diuinam naturam, sed etiam secundum humanam. Ex qua sequitur euidenter intenta conclusio, formaliter responsiva quesito, videlicet: In Christo est tantum vnum esse; quæ virtualiter, & implicite tantum habetur in textu; quatenus scilicet in prædicta conclusione continetur. Probatur autem dicta conclusio: quia humana natura coniungitur filio Deo hypostatice seu personaliter, & non accidentaliter; ergo secundum humanam naturam non aduenit, &c. Antecedens patet ex quest. 2. artic. 6. Consequentia vero duas habet partes, iuxta duas partes consequentis; cuius primâ pars est illa: Secundum humanam naturam non aduenit filio Dei nouum esse personale: secunda pars est illa: sed solum noua habitudo, &c. Sed rursus prima consequentiæ pars duplicem habet dependentiam ex antecedente, iuxta duas partes ipsius antecedentis; cuius prima pars est, humana natura coniungitur filio Dei personaliter. Secunda vero: & non accidentaliter. Probatur ergo prima consequentiæ pars, quatenus dependet ex prima parte antecedentis: Quia necesse est ea, quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo, quæ autem pertinent ad hypostasim, sint vnum tantum: at esse pertinet ad hypostasim; ergo, si humana natura coniungitur filio Dei in hypostasi, sequitur, ut secundum humanam naturam non adueniat filio Dei nouum esse personale. Maior probatur: quia in Christo sunt duæ naturæ & vna hypostasis. Minor vero probatur seu declaratur ex differenti modo, quo esse pertinet ad naturam & ad hypostasim. Nam ad hypostasim pertinet, sicut ad id, quod habet esse (& ideo simpliciter ad ipsam pertinet) ad naturam autem, sicut ad id, quo aliquid habet esse: Quod probatur: quia natura significatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quod ea aliquid est; sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo, (& ideo formæ non conuenit esse simpliciter, sed cum addito, scilicet, ut quo) Deinde probatur prima consequentiæ pars, quatenus dependet ex secunda parte antecedentis, illa scilicet: non accidentaliter; quia, si humanitas adueniret filio Dei non hypostatice vel personaliter, sed accidentaliter, sicut quidam posuerunt, oporteret ponere in Christo duo esse, vnum quidem secundum quod est Deus, aliud autem secundum quod est homo; sicut in Sorte ponitur aliud esse secundum quod est albus, & aliud secundum quod est homo &c. ergo ab opposito, si natura humana coniungitur filio

A Dei non accidentaliter sed personaliter, sequitur quod secundum humanam naturam non adueniat, filio Dei nouum esse personale. Probatur assumpta conditionalis & consequentia. Quia nihil prohibet in vna hypostasi, vel persona multiplicari esse secundum quid; esse vero quod pertinet ad ipsam hypostasim vel personam, impossibile est in vna persona vel hypostasi multiplicari: at si humanitas adueniret filio Dei accidentaliter, non pertineret ad esse personale filij Dei; ergo si humanitas adueniret filio Dei non hypostatice, sed accidentaliter, &c. Maior quo ad primam partem probatur exemplo Sortis, in quo aliud est esse quo est albus, & aliud quo est musicus. Quo ad secundam vero partem probatur: Quia impossibile est, quod vnius rei non sit vnum esse. Minor vero probatur: quia nullum esse formæ, quæ non pertinet ad esse personale hypostasis subsistentis, dicitur esse illius persone simpliciter; ergo si humanitas aduenit, &c. Antecedens declaratur exemplo: Nam esse album est esse Sortis, non in quantum est Sortes, sed in quantum est albus.

C Secundo principaliter probatur consequentia, quatenus est illatio consequentis quo ad secundam partem, videlicet: sed solum noua habitudo, &c. Quia si contingeret, quod post constitutionem personæ Sortis aduenirent Sorti manus vel pedes vel oculi, sicut accidit in cæco nato, ex his non accresceret Sorti aliud esse, sed solum relatio quædam ad huiusmodi; quia scilicet diceretur esse, non solum secundum ea quæ prius habebat, sed etiam secundum ea quæ libi postmodum adueniunt; ergo si humana natura coniungitur filio Dei hypostatice, consequens est ut secundum humanam naturam non adueniat illi nouum esse personale, sed solum noua habitudo, &c. Assumpta conditionalis probatur: quia ex hoc quod esse capitatum & esse corporeum, & esse animatum pertinet ad vnâ personam Sortis, non fit ex omnibus his nisi vnum esse in Sorte; ergo si contingeret quod post constitutionem personæ Sortis, &c.

Expositio Textus.

VNO entimemate cum probationib. antecedentis, & consequentiæ totum comprehendimus huius articuli discursum, ut euidentius appareret deductio conclusionis: Cui vero difficilius visa fuerit hæc forma textus, legat eam quam huic litteræ adhibet Caietanus, quæ planior est, vel hac scilicet Caietani forma seu explicatione utatur ad intelligentiam materiæ; nostram autem assumat ad efficacitatem discursus perspicue cognoscendam: quam etiam explicat Caietanus in solutione primæ sue dubitationis.

Controuersia Vnica.

An in Christo sit vnum tantum esse existentie increatum, an vero præter illud sit etiam aliud esse creatum humanitati proprium?

QUESTIO hæc quanquam vna sit ex difficultatibus, quæ circa Sacrosanctum incarnationis mysterium solent à Scholasticis Theologis examinari, adeo tamen antiquorum & recentiorum Thomistarum studiis ac disputationibus fuit illustrata, & solidis fundamentis communita, ut post eorum illustres labores de eadem materia scribendo actum agere videamur. Sed ne iuni prorsus transeamus, totam hanc materiam breuiter

Sententia Doctorum.

ter,

ter, dilucide ac ordinata dicendi methodo com-
plectemur, partim proponendo necessaria veri-
tatis fundamenta, & partim indicando Docto-
res, & loca vnde reliqua dilucidis aduersariorum
obiectionibus opportuna peti possint.

Sunt autem tres de propolita difficultate sen-
tentia.

Prima docet in Christo duas esse existentias te-
aliter distinctas, alteram diuinam & increatam,
qua Verbum existit, alteram humanam & crea-
tam, qua existit humanitas Pro hac allegari solent
Alcibiadensis l. b. 3. *summa tractatu primo, cap. 1. q. 8.*
Albertus Magnus in 3. dist. 6. *quest. 2. art. 4.* Sco-
tus ibidem *quest. 1. Durandus qu. 2. Gabriel, Almai-
nus, Ricardus, Heræus, Paludanus, & alij in ea-
dem distinctione*, quos secuti sunt quidam recentio-
res expositores S. Thom. nimirum Suarez *dist. 36.*
Valentia *super hoc articulo, & Vasq. dist. 71.*

Secunda sententia est Asturicensis. *quest. 7. de gra-
tia Christi, pag. 911. & sequentibus.* vbi duas statuit con-
clusiones: Prima est: Humanitas Christi non pro-
pria, sed Verbi existentia existit. Secunda est: possi-
bile fuit secundum potentiam Dei absolutam,
quod Diuinum Verbum assumeret humanitatem,
existentem per propriam & sibi connaturalem
existentiam, ita tamen, vt humanitas subsisteret
subsistentia Verbi.

Ultima sententia est D. Thom. in hoc articulo. & alijs
quam sequuntur & tuerentur Capreolus in *tertio*
dist. 6. Caietanus hic, Ferrariensis in 4. *contra gent.*
cap. 35. & 41. Medina in suo *Commentario*, Aluarez
dist. 14. & 72. & est communis sententia Thomi-
starum, pro qua citantur etiam Henricus *quolib.*
3 q. 2. Dionysius Carthusianus in *tertio dist. 6. q. 5.*

PRÆMITTENDUM est in primis Controuersiam
hanc non esse de materia fidei, vt hic etiam aduer-
tit Caietanus *prope finem sui Commentarii*: atque id-
eo quemlibet debere suam cum omni modestia
sententiam, vt probabilem tueri. Licet enim sen-
tentia D. Thom. sit valde consona fidei, opposita
tamen, quæ tot illustrib. auctoribus placuit, nul-
la est acriori censura notanda, quam quæ de hoc
Asturicensis, veluti dubius nihil audeat affirmare
vel negare, sed aliorum id iudicio referret.

Secundo obseruanda est differentia inter esse essen-
tia, & esse existentia, & esse subsistentia, seu sub-
sistentiam, quorum rationes & differentias vber-
rime declarauimus in prima parte, *qu. 3. art. 3. & 4.*
Controuersia prima, & *quest. 50. art. 2.* Controuersia 3.
Differunt autem hæc tria realiter in qualibet sub-
stantia creata: Essentia enim est ipsa rei natura seu
quidditas etiam diuidualis: subsistentia vero est
vltimus eius terminus, quo res fit per se subsistens
separatim, ita vt nec sit inhærens, nec sit alicuius
pars, sed sit quoddam totum: per quam etiam
subsistentiam res fit existentia capax, quæ est vl-
tima actualitas, ad nullam aliam actualitatem
habens potentialitatem. Supponimus autem hic
in qualibet re creata esse vnum tantum esse exi-
stentia: sicut etiam est vna tantum subsistentia: vt
efficaciter probat Asturicensis in *allegata qu. 7. pag. E*
904. & sequentibus.

Tertio aduertendum est D. Tho. hic vt æquiuoce
nomine esse personalis: Nam in illis verbis: *Est au-
tem considerandum, quod si est aliqua forma, vel natura,*
que non pertineat ad esse personale hypostasis subsistentis,
illud esse (quod scilicet affert illa forma, vel natu-
ra) non dicitur esse illius persona simpliciter, sed secundum
quid &c. nomine esse personalis manifeste signifi-
cat personalitatem seu subsistentiam: Sensus enim
dictorum verborum clarus est: si est aliqua forma
vel natura, quæ non sit vnica personaliter hypo-
stasis subsistenti, ita vt vna sit hypostasis & forma

seu naturæ subsistentia, esse existentia, vel etiam
essentia illius formæ non dicitur esse illius perso-
næ simpliciter, sed secundum quid: sicut esse al-
bum, &c. In conclusione vero videlicet: *Secundum*
*humanam naturam non aduenit filio Dei nouum esse per-
sonale, &c.* sumit esse personale pro esse substan-
tiali, vt distinguitur contra esse accidentale, com-
prehendens nomine esse personalis tam esse es-
sentia, quam esse existentia: vt hic aduertit sub-
tiliter Caietanus respondens ad argumentum se-
cundum primæ suæ quæstionis, seu dubitationis.

Quarto notandum est ex D. Thom. esse exis-
tentia pertinere ad naturam & ad hypostasis, sed
non eodem modo: nam ad hypostasis pertinet
tanquam ad habentem esse: ad naturam autem,
vt distinguitur à supposito, pertinet sicut ad eam
qua aliquid est: Dixi vt distinguitur à supposito:
quia si accipitur natura vt completa seu termi-
nata per subsistentiam, sic existentia dicitur esse
eius vltima actualitas: sed hoc modo sumpta na-
tura idem est, quod hypostasis: Naturam autem
esse, qua aliquid habet esse, nihil aliud est, quam
naturam esse principium quo immediatè ipsius
esse: sicut personam seu hypostasis esse id, quod
habet esse, idem est: quod esse subiectum imme-
diatè receptiuum ipsius esse.

Ex quo sequitur primo necessario debere prius na-
turam personari, antequam principiet ipsum es-
se, nec esse receptiuum ipsius esse, nisi mediante
supposito, cui per se primo conuenit, vt subiecto.
Nam licet antequam natura intelligatur persona-
ta, sufficientem ex se virtutem habeat ad causan-
dam existentiam: quia tamen in illo priori natu-
ræ nondum intelligitur esse subiectum receptiuum
ipsius existentia, impossibile est eam tunc à natu-
ra causari. Ex quo patet differentia inter existen-
tiam & voluntatem: nam quia voluntatis pro-
prium & immediatè receptiuum est natura, quæ
in Christo duplex est: ideo ponitur in eo duplex
voluntas: Proprium autem & immediatè re-
ceptiuum existentia non est natura, sed suppo-
situm, quod in Christo vnum tantum est: ideo li-
cet esse sit intimius naturæ, quam voluntas aut
volitio, non ponitur in Christo duplex esse, sicut
in eo ponitur duplex voluntas & duplex volitio,
diuina scilicet & humana.

Secundo sequitur, naturam aut formam existere
per hoc, quod est principium esse di, non autem
per hoc, quod sit subiectum immediatè existentia.

Tertio sequitur intimiorem esse personam natu-
ræ, quam sit existentia: cum prius natura persone-
tur, quam existat: ac proinde non minus, sed mul-
to magis præueniri posse naturam assumptam, ne
causet existentiam, quam præuentæ fuerit, ne sup-
positum seu personam constitueret: immo ex hoc,
quod caret propria personalitate, quæ esset subie-
ctum existentia receptiuum, necesse est vt etiam
propria careat existentia, cuius diuina persona
nequit esse subiectum, & ex hoc ipso, quod ad a-
lienam, scilicet diuinam, trahitur personam, nec-
esse est vt ad alienam nempe diuinam trahatur
existentiam: cum præsertim vnus rei non possit
esse nisi vnum esse substantiale, quod est esse sim-
pliciter: vt hic ait S. D.

Quinto notanda est differentia inter Deum &
substantias creatas, quod in Deo subsistentia &
existentia conuenit per se primo naturæ non so-
lum vt quo, sed etiam vt quod, & ex ea deriuatur
ad personas: quæ & ipsæ subsistunt & existunt vt
Christo sup-
quæ: in substantijs autem creatis subsistentia &
existentia per se primo conuenit personæ: quæ so-
la subsistit & existit vt quod: naturæ vero con-
uenit solum vt quo, id est vt principio existendi:
in assumpta

Existentia
diuinam a-
lio modo
uenire na-
turæ diui-
na, & per-
sonæ, quam
existentia
creata con-
ueniat na-
turæ, & sup-
posito: &
quomodo
existentia
diuina in
Christo sup-
pleat existi-
tiam creatæ:
& hanc non
præexistisse
in assumpta

Ex quo sequitur alia differentia, nimirum in Deo A non esse aliud esse naturæ ab esse, quod est personæ, seu personarum, ut ait S. Doct. *hic ad tertium*: Quod dupliciter verum est: Primo quo ad alietatem secundum rem: quia scilicet non aliud realiter est esse personæ ab esse naturæ. Secundo quo ad alietatem secundum modum: quia scilicet tam naturæ, quam personis in ea existentibus conuenit esse, ut quod: natura enim existit ut quod, sicut & qualibet diuina persona. In creaturis autem, licet esse personæ non sit aliud ab esse naturæ primo modo: quia non sunt in creata substantia duo esse, quorum alterum sit naturæ, & alterum sit personæ, est tamen aliud esse naturæ ab esse personæ secundo modo: quia soli personæ conuenit existere ut quod & per se primo, naturæ vero conuenit existere tantum ut quo. Ex hoc enim, quod esse conuenit naturæ ut quod, sequitur si idem esse conuenit personæ, illi etiam conueniat eodem modo, scilicet, ut quod: quia supposito non potest esse conuenire, nisi ut quod. Si autem esse conueniat naturæ tantum, ut quo, necesse est ut aliter naturæ conueniat, quam supposito: cui non potest conuenire, nisi ut quod. Quia ergo esse conuenire diuinæ naturæ ut quod, non aliter illi conuenit, quam supposito, quibus etiam necessario conuenit, ut quod, siue ut quæ sunt vel existunt: Quia vero naturæ creatæ conuenit esse tantum ut quo, necesse est ut aliter ei conueniat, quam supposito, cui necessario conuenit esse ut quod. Tunc autem esse conuenit naturæ ut quod, quando est eadem realiter cum supposito, &c. Et hoc est, quod intendit S. D. *hic ad tertium*, quod etiam subtiliter explicat & probat Cai. in prima sua questione ad quartum argumentum.

Sexto sciendum est, quod licet existentia diuina nullam rem possit actuare per modum inherētis: quo modo proprie & stricte sumitur actuare: potest tamen creatam naturam actuare per modum perficientis: quo modo minus proprie & late sumitur actuare. Perficitur enim in Christi humana natura per existentiam Verbi non minus, sed multo magis, quā perficiatur intellectus beati per essentiam diuinam, ut formam intelligibilem illi coniunctam, & quam perficeretur ipsa natura per propriam existentiam: & ideo non remanet in statu potentiali ad propriam existentiam, nec ad eam inclinatur: quam tamen ex se naturaliter cauaret, si dimitteretur à Verbo: sicut nec remanet in statu potentiali ad propriam personalitatem, nec ad eam inclinatur: quia longe excellentius perficitur Verbi personalitate, quam propria personalitate perficeretur: & ideo dici potest, late loquendo, Christi humanitatem actuari, id est terminari, completi ac perfici diuina personalitate: ut hic etiam docet Caiet. in secunda sua q. respondens Aureolo. Quomodo autem ad naturam dimissam sequeretur propria personalitas & existentia, declarat hic optime Caiet. in eadem secunda quaest. ad quintum argumentum Durandi.

Septimo considerandum est partem omnem, tam E integram, quam essentialem, hoc ipso, quod spectat ad integritatem totius, quod est vnum per se, vnam & eandem cum ipso toto habere substantiam & existentiam: quæ per se primo & adæquate toti conuenit, secundario autem & inadæquate cuilibet eius parti. Cum igitur humanitas Christi sit assumpta, quasi ad integritatem personæ Christi, quatenus est persona composita, & ita pertineat ad personam Christi, quasi pars illi substantialiter & indissolubiler in vnitatem personali copulata, consequens est, ut sicut non affert propriam substantiam seu personalitatem, ita

nec afferat propriam existentiam, & hoc est, quod ait S. D. *ad secundum* dicens, quod esse æternum filii Dei sit esse hominis, in quantum humana natura assumitur à filio Dei in vnitatem personæ: Quæ verba explicat optime Caiet. *prope finem sui Commentarij*.

Octauo notanda est differentia inter causam efficientem & alias causas: quod causa efficiens debet necessario præcedere, saltem ordine naturæ, suum effectum secundum actualem existentiam in rerum natura: Aliæ vero causæ non ita necessario præcedunt, sed satis est, ut effectui suo præintelligantur secundum verum esse essentiale, & in eodem instanti temporis existant, in quo producit in esse earum effectus. Cuius differentia ratio est: quia causa efficiens producit effectum realiter omnino ab ea distinctum: & ideo necesse est, ut effectum producendum in se ipsa præhabeat virtualiter, antequam ipsum extra se producat: ut autem ita præhabeat, necesse est ut actu præexistat. Causa vero finalis ut sic, solam præexistentiam exigit in intentione, non autem secundum esse in rerum natura: ut patet ex communi philosophorum doctrina: quam explicant Caietanus & alij expositores in prima secunda, q. 1. art. 1. Aliæ demum duæ causæ, scilicet formalis & materialis, non causant effectum omnino ab eis distinctum, sed ipsum, tanquam eius partes essentielles intime componendo constituunt: & ideo non oportet has causas effectui præhaberi in aliqua sua actuali virtute, atque adeo prius existere, quam causent: sed magis est contra necesse est, ut effectui, nempe toti composito substantia terminato, prius, ac immediatius conueniat existentia, tanquam supposito, existentia receptiuo, cui per se primo conuenit existere, & per ipsū partibus ad eius integritatem pertinentibus: ut ante diximus.

Qui plura de hoc ordine videre desiderat, legat Asturicensem in allegata quaest. 7. pag. 923.

Vltimo recolenda sunt ea, quæ late diximus supra quaest. 2. art. 8. in 1. Controu. de differentia & ordine assumptionis humanitatis ad vnitatem Verbi personalem, & creationis animæ Christi, & generationis humanitatis: sunt enim hæc valde necessaria pro diluendis aduersariorum obiectionibus. Quibus adde terminum generationis & creationis habere esse, vel de nouo productum & acquisitum, vel antiquum nouo modo se habens.

PRIMA CONCL. Humanitas à Verbo assumpta non habet propriam existentiam, sed existit existentia Verbo. Hæc patet ex dictis: & probatur etiam ex sexta Synodo Generali, actione 11. in Epist. Sophronij Hierosolymitani ab vniuersis illius Conc. lxx patribus approbatæ: cuius verba sunt: In illo itaque (scilicet in Verbo) non in semetipsa habuit existentiam vnā, & loquebatur ibi Sophronius de Christi humanitate, ut etiam aduersarij fatentur: igitur Christi humanitas propriam non habet existentiam, sed existit sola existentia Verbi: his adde verba ibidem sequenti pagina subiuncta, videlicet: Quæ enim extat persona composita ex inconfuso constans temperamento partitionem conuenientium nescit, sed esse vnum, & permanere vnum indiuisum sortitur, & Paulo inferius: Est vnum, & duo: vnum secundum substantiam, atque personam: Duo vero secundum ipsas naturas, atque earum proprietates: ex quibus esse vnum sortitur natura duplex, & vnum permanere seruauit.

Sed respondet Suarez dupliciter. Primo: de humanitate verissime dici eam habere tantum vnā existentiam, eamque non in se sed in Verbo: quæ etiam responsione vtitur Vasquez. Secundo respondet Suarez, verum sensum Sophronij, eiusque intenc-

Concl. de
ducta, &
probata.

Suarez q.
6. V. 19. 16.
concl. 10.

intentionem esse, docere contra hæreticos humanitatem non prius tempore fuisse in rerum natura existentem, sed in eodem instanti temporis, in quo incepit esse in rerum natura, fuisse Verbo unitam: & ideo dicere semper habuisse unam existentiam inuariatam & eiusdem modi, quia non prius per se extitit, & postea in Verbo, sed semper in verbo. Tercio respondet Vasquez Sophronium, cum dixit Christi humanitatem habere unam in Verbo existentiam, dicere voluisse unam in illo & cum illo habere subsistentiam: quod sibi videtur deducere ex Græcis exemplaribus: Ad verba vero subiuncta respondet Suarez, ea intelligenda esse de vno esse personali.

Confutatio

Sed contra primam interpretationem illorum verborum in illa quoque &c. militat sensus eorum formalis: Nam humanitatem habere existentiam unam non in semetipsa, sed in Verbo formaliter, non est eam unitam Verbo personaliter habere propriam existentiam (hic enim sensus valde est materialis,) sed est eam habere existentiam in Verbo, quatenus Verbum est formaliter existens: ac proinde existere formaliter una & indiuisibili existentia Verbi: Quod luculentius explicant subiuncta verba nimirum: Sed esse vnum, & permanere vnum indiuisum sortitur: quibus similia sunt illa: Ex quibus esse vnum sortitur natura duplex, & vnum permanere seruauit. Nam primo verbum illud esse in vltimis verbis supra notatis nulla ratione videtur intelligi posse de subsistentia: nam prius explicatur ibi vnitas subsistentiæ & personæ, deinde subiungitur vnitas ipsius esse, cum dicitur: ex quibus esse vnum sortitur natura duplex, &c. Sed dato etiam per Verbum illud esse significari subsistentiam, adhuc superest vnitas permanentiæ ibi subiuncta, cum dicitur: & permanere vnum indiuisum, de qua etiam antea mentionem fecerat, dicens personam Christi compositam sortitam fuisse vnum esse & vnum permanere indiuisum, id est vnā permanentiam indiuisam. Constat autem permanentiam idem esse quod existentia, quatenus eadem inuariata perseuerat in priori & posteriori parte durationis: vt ex Capiteolo declarauimus in prima parte. q. 10. art. 1. in expositione textus §. Quomodo vero: vbi diximus durationem intrinsecam esse eadem realiter cum existentia: quia scilicet existentia, quatenus eadem perseuerat, est ipsa rei duratio, quæ alia extrinseca duratione mensuratur: clarum est autem, permanentiam esse realiter & formaliter ipsam rei durationem intrinsecam: igitur permanentia idem est realiter cum existentia. Cum igitur ait Sophronius, approbante concilio, personam Christi compositam sortitam fuisse vnum esse & vnum permanere, sensus clarissimus est: personam Christi compositam sortitam fuisse vnā existentiam: quæ dicitur vnum permanere, quatenus inuariata perseuerat: quo modo considerat rationem induit durationis intrinsecæ, scilicet æternitatis respectu diuinæ naturæ & personæ, secundum se considerata, cui autem respectu humanitatis: vt explicauimus in dicta quæst. 10. art. 6. Et per hæc excluditur etiam interpretatio Suarezij circa eadem vltima verba, & expositio Vasquezij circa ea, quæ primo loco notata sunt. Cuius etiam falsitas elucet ex diuersitate vocabulorum existentia, esse, subsistentia & personæ: quibus vitur Sophronius in illa Epistola. Primis enim duobus communi Theologorum vsu significatur esse existentia proprie dictum, quod est vltima actualitas: Posterius autem duobus significatur personalitas & ipsa persona: cui per se primo conuenit existentia. Et confirmatur: quia nisi prædicta verba cum diuersitati respondeat diuersitas rerum signifi-

ficatarum secundum vsum communem Theologorum, erit in illius epistolæ discursu plurius verborum inutilis repetitio, improprietas & confusio: dum in eodem contextu sumitur esse pro subsistentia, & ei adduntur voces subsistentiæ & personæ: non ergo sumendum est nomen existentia pro subsistentia: sicut enim in vno & quidem breuissimo contextu verborum, eadem res, scilicet personalitas, tribus vocibus significabitur: nominibus scilicet existentia, esse & subsistentia: ex quibus duæ priores non personalitatem aut supposititalitatem, sed actualitatem vltimam proprie significant in ea receptam. Legantur attente verba Sophronij supra notata, & erunt manifesta, quæ diximus. Eandem expositionem impugnant Asturicensis, pag. 912. & Aluarez diss. 14. Secundo autem expositionem Suarezij circa verba Sophronij primo loco notata, quibus affirmatur humanitatem in Verbo, non in semetipsa existentiam habuisse, impugnat Vasquez & probat falsum esse, quod ait Suarez, videlicet Sophronium dixisse vnā existentiam, non vt significaret non esse duas, sed vt negaret duos modos existendi, quos humanitas habuisset, si prius extitisset per se, & postea in Verbo: Est igitur ratio Vasquezij: Quia, cum antea perspicuis verbis dixisset Sophronius, carnem Christi simul animatam, & humanitatem productam atque Verbo unitam fuisse, non est credendum, deinde verba illa primo loco notata ad idem sub obscuris deuotandum addidisse.

Vasq. contra Suarezij.

Demum quod assertum Vasquez ex græcis exemplaribus ad expositionis suæ confirmationem, nihil habet soliditatis, vt etiam ipse significat referendo diuersas illarum græcarum vocum interpretationes.

Secundo probatur conclusio: Quia ex duobus existentibus in actu vltimis suis actualitatibus non fit vnum per se: at secundum prædictos Theologos vtrique natura in Christo suam habet propriam & vltimam actualitatem: igitur ex illis non poterit constitui Christus, vt vnum per se: quod est hæreticum. Tercio probatur: quia ex opposita sententia sequeretur Beatissimam Virginem non posse formaliter & proprie nuncupari matrem Dei, sed tantum humanitatis: quod est hæreticū. Probatur sequela: quia secundum dictos Theologos tota Christi humanitas secundum animam & secundum corpus fuit existens prius, quam assumeretur à Verbo: ergo prius natura, quæ Deus esset homo, & homo Deus, terminata fuit operatio tota Dei creatis animam, & Beatæ Virginis totam humanitatem (Cathegorematicæ) concipiens & generantis: Operatio namque B. Virginis in Christi generatione non attingit assumptionem aut vnionem humanitatis cum Verbo: hoc enim est opus Dei mirabiliter operantis. Quemadmodum ergo dicitur Deus animam creasse, antequam intelligatur compositum generatione productum, quia prius natura intelligitur creatio animæ terminata, quam generatio compositi, ita, si prius fuit natura generatio humanitatis ex virgine terminata, quam assumptio, cuius terminus est Deum esse hominem, non poterit vere ac proprie dici Beata Virgo Deum & hominem genuisse, & esse mater Dei: quod est hæreticū. Hæc ratio sic explicata excludit solutiones omnes recentiorum. Hanc rationem late prosequitur Asturicensis, pag. 914. & post eum Aluarez in allegata diss. 14. Alias probationes lege apud Asturicensem & Medinam, quos imitatur Aluarez, sed omnium optimæ probationes sunt illæ, quæ ponuntur in textu, & explicat optime Caiet.

Securus

SECUNDA CONCL: Nec per Deipotentiam absolu-
tam assumptus humanitas existens existens propria.
Probat: quia solum suppositum est proprium
subiectum immediate susceptum existentiae: i-
gitur existentia illa propria humanitatis deberet
recipi in aliquo supposito immediate, & cum nō
posset recipi in supposito creato, quod in Chri-
sto nullū est, reciperetur in persona Verbi, quod
est impossibile. Antecedens est S. D. in textu, ad-
dita expositione Caiet. Et probatur etiam: quo-
niam effectus formae secundarius esse non potest
absque primario: ut patet in quantitate: cuius ef-
fectus primarius est extensio substantiae corporeae
in ordine ad se: Secundarius vero est extensio ei-
usdem substantiae in ordine ad locum: hanc cau-
tem posteriorem extensionem fieri sine prima,
contradictio est. Cum ergo subsistere sit effectus
formae prior quam existere, impossibile erit for-
mam, puta humanitatem, in seipsa causare exi-
stentiam, non causata prius subsistentia.

Obi. 1. cont.
1. concl.

CONTRA primam conclusionem sunt argu-
menta Scoti, Durandi, & aliorum, quae referunt,
& soluunt Capreolus, Caietanus, Medina & As-
turicensis. Contra eandem conclusionem argu-
mentatur Suarez. Primo: quidam Epiphanius Ep-
iscopus in septima Synodo, *actione 6. to. 3. col. 8.*
ita distinguit, naturam ab hypostasi, quod natura
dicit tantum humanitatem existentem: hyposta-
sis vero addit subsistentiam. Respondetur cum As-
turicensi, quod cum Epiphanius dixit naturam
esse humanitatem existentem, nihil aliud signifi-
cate voluit, quam quod humanitas non est sola
imaginatione conficta, sed est vera & realis enti-
tas, existentiae capax, & potens per se existere, nec
indigens adminiculo alterius naturae ad per se
subsistendum. Quam responsionem sequitur
Aluarez, dicens humanitatem existentem apud
Epiphanium esse humanitatem non actualiter,
sed radicaliter existentem, id est ex seipsa poten-
tem existere &c.

Obi. 2.

Solut.

Secundo: Profert diuersa loca Damasceni, quo-
rum sensum explicant Asturicensis, Aluarez &
Vasquez dicens ex illis locis efficax argumentum
duci non posse.

Obi. 3.

Solut. 1.

Tertio arguit: Humanitas Christi, ut condistin-
cta à Verbo intelligitur esse quadam actualis enti-
tas, quam ipsa secum affert, & illam à Verbo for-
maliter non recipit: ergo intelligitur esse existens
per existentiam propriam & creatam omnino à
Verbo distinctam. Consequentia probatur. Pri-
mo: quia idem est esse entitatem existentem, quod
entitatem actualem. Secundo, quia in intrinseco
conceptu entitatis actualis includitur existentia:
in intrinseco autem conceptu humanitatis, ut est
entitas actualis, non includitur Verbum. Respondet.
& dico, existentiam dupliciter sumi: Vno modo
pro vltima actualitate: quomodo communiter
sumitur à Thomistis: Alio modo pro effectu for-
mali huius vltimae actualitatis: qui est entitas qua
formaliter res est extra causas suas, & à Scotistis,
& aliis vocatur actus entitativus: qui realiter nō
distinguitur à re, cuius est actus: Est enim ipsa en-
titas, qua res formaliter est actu extra causas suas:
& ideo clauditur in intrinseco rei conceptu: Exi-
stentia vero primo modo sumpta extrinseca est à
rei conceptu, cuius est existentia. De his duobus
modis & eorum differentiis vberime differui-
mus supra *quest. 4. art. 1. Controversia prima, questio 6.*
5. Secundo dico existentiam secundo modo sum-
ptam causari in humanitate Christi ab existentia
Verbi primo modo sumpta, tanquam à principio
effectiuo & quasi formali. Dico effectiuo: quia Deus
per suum esse causat effectiue omne esse creatū,

ut eius per se primo causa: dico, & quasi principium
formali: quia esse principium formale existendi a-
licui realiter ab eo distincti dicitur imperfectione,
absolute loquendo: ut patet in forma & eius exi-
stentia respectu materiae & compositi: quia cau-
sat existentiam materiae & compositi media infor-
matione. Existentia autem Verbi non causat exi-
stentiam humanitatis informando ipsam huma-
nitatem, sed eius causat existentiam ad modum
principij formalis hoc ipso, quod eam causat in
humanitate, ut est vnita hypostatice diuinæ per-
sonae, & ut facta est aliquid ipsius, scilicet eius na-
tura. Quia enim existentia per se primo conue-
nit supposito, ideo existentia Verbi per se primo
causat (scilicet virtualiter, & secundum modum
nostrum concipiendi) entitatem Verbi, quae est
existentia secundo modo sumpta: consequenter
autem & secundario causat vere & realiter exi-
stentiam humanitatis secundo modo sumptam:
à qua formaliter & intrinsece denominatur hu-
manitas ens actu extra causas suas. Tertio pro re-
sponsione formali ad argumentum dico, conse-
quens illud: ergo intelligitur humanitas esse existens per
existentiam propriam, & creatam, omnino à Verbo dis-
tinctam, dupliciter intelligi posse: Vno modo
sumendo existentiam primo modo superius ex-
plicato: quomodo nomen existentiae sumitur in
Schola D. Tho. & in hoc sensu falsa est consequen-
tia: & ad probationes negatur antecedens vtrius-
que formaliter loquendo. An autem quomo-
do existat humanitas per existentiam Verbi pri-
mo modo sumptam, iam dictum est. Non enim
existit per eam formaliter, sed per eam, ut effecti-
uo principio, & quasi formali existentiae secundo
modo sumptae. Alio modo intelligi potest, in
consequens de existentia secundo modo sum-
pta: & in hoc sensu verum est consequens & conse-
quentia: sed non aduersatur nostrae conclusioni:
quae loquitur de existentia primo modo sumpta.
Videnda omnino sunt ea, quae diximus in *allegata*
Controversia. Quibus adde, existentiam vtroque
modo sumptam non esse realiter physice, sed rea-
liter metaphysice, siue ex natura rei tantum à for-
ma distinctam, & formae conuenire existentiam
tantum, ut quo: ac proinde sicut forma non est
formaliter ipsa entitas compositi: sed est eius prin-
cipium formale, ita existentia formae primo, aut
secundo modo sumpta, non est formaliter ipsa
existentia compositi, aut materiae, sed est prin-
cipium eius formale, quia scilicet ab existentia for-
mae, ut à principio formali causatur, ut effectus
in composito & in materia existentia secundo mo-
do dicta, quae formaliter & intrinsece sunt entia
realia in rerum natura extra causas suas. Et ad huc
sensum reducenda sunt ea, quae de existentia di-
ximus in *prima parte, q. 3. art. 4.* Ex his conciliari, sal-
tem ex parte, possent prima & vltima sententia,
quae videntur oppositae. Huic etiam argumento
respondent alio modo Asturicensis & Aluarez:
quos lego, & placeat.

CONTRA eandem conclusionem sunt alia quaedam
argumenta Suarez, & Vasquez minoris mo-
menti, quae referunt & soluunt Asturicensis &
Aluarez, sed ex supra dictis omnia facile dilu-
entur.

CONTRA secundam conclusionem argumentatur
Asturicensis. Primo: Humanitas, quae existens ma-
ner terminabilis & complebilis per subsistentiam
personalem: ergo poterit per diuinam Verbi sub-
sistentiam terminari. Antecedens probatur, quia
existentia non auferit ab humanitate dependen-
tiam, quae habet à propria personalitate, nec sup-
plet vicem personalitatis complendo illam na-
turam.

Obi. 1. cont.
2. concl.

Solut.

curæ dependentiam, quam habet à supposito: ergo manet terminabilis & complebilis per subsistentiam personalem, atque adeo assumptibilis. Respondetur falsum esse, quod supponit antecedens, videlicet per Dei potentiam effici posse, ut humanitas sit existens & non subsistens, id est habeat existentiam & non habeat subsistentiam: nam, ut supra diximus, impossibile est à forma causari effectum eius formalem secundarium, non causato prius effectui formali primario: cum igitur subsistentia sit quidam effectus formalis naturæ substantialis, prior existentia, quæ est alius effectus naturæ formalis, non poterit existentia sine subsistentia prius naturam terminante causari.

Obi.

Secundo sic arguit: Bene intelligitur, posse Deum communicare subsistentiam & non existentiam: ergo intelligi quoque valet communicatio subsistentiæ personalis in humanitate per existentiam creatam præexistente. Antecedens probatur: Communicatio subsistentiæ præcedit naturæ ordine existentiae communicationem: ergo cum prius non pendeat necessario à posteriori, saltem secundum absolutam Dei potentiam, commode

A possumus intelligere, quod diuinum Verbum suam illi præexistenti humanitati communicet subsistentiam, non communicando ei existentiam. Respondetur in hoc argumento implicari illud idem falsum suppositum, quod implicatur in primo: Supponit enim fieri posse, ut humanitas præexistat per existentiam creatam sine vlla personalitate, & probat eam sic existentem assumi posse: sed falsum est illud suppositum, ob supra dictam causam.

Solut.

B Et hic terminus esto primi nostri voluminis in Terriam Partem summæ Angelici Doctoris Sancti Thomæ Aquinatis, diuinæ voluntatis interpretis: cuius scripta, & præsertim hoc de IESU CHRISTO Domino Salvatore nostro eiusdem domini voce diuinitus emissâ fuere comprobata, cum exhibitione mercedis: quæ est ipsemet Saluator, Iesus Christus: qui pro sua infinita charitate & valore meritorum immenso, nos hic in terris sua membra constituat, ut in eius visione & fruitione beati cum eo perpetuo regnemus in cælis.

Societatis Iesu Paderborna

F I N I S.



